Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26400
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Incipit Prologus in Regula sancti Benedicti Abbatis

Ausculta o fili preceptum magistri et inclina aurem cordis tui et admonitionem pii patris libenter excipe et efficaciter compple ut ad eum per obedientie laborem redeas a quo per inobedientie desidiam recesseras/ Ad te ergo nunc meus sermo dirigitur qui quisquis abrenuntians propriis voluntatibus domino xpo vero regi militaturo obedientie fortissima atque preclara arma assumis/ In primis ut quecumque agendum in chaos bonum ab eo perficiendum instantissima oratione deposcas ut qui iam nos in filiorum dignatus est numero computare non debeat aliquando de malis actibus nostris contristari/ Ita enim ei omni tempore de bonis suis in nobis parendum est ut non solum iratus pater non aliquando suos filios exheredet· sed nec ut metuendus dominus irritatus malis nostris ut nequissimos suos perpetuam tradat ad penam qui eum sequi noluerint ad gloriam Et surgamus ergo tandem excitante nos scriptura ac dicente/ hora est iam nos de somno surgere et apertis oculis nostris ad deificum lumen attonite auribus audiamus divina quotidie clamans quid nos admoneat vox dicens hodie si vocem eius audieritis nolite obdurare corda vra/ Et iterum Qui habet aures audiendi audiat quid spus dicat in ecclias/ Et quid